Pateat uniuersis per presentes quod ego Johanna relicta Willelmi Ken de Esthenreth reddidi remisi et quietumclamaui fratri Stephano de Wyttenham priori ecclesie sancte Trinitatis Walingfordie et eiusdem loci conuentui totum ius et clamium meum quod habui uel aliquo modo habere potui in terris et tenementis cum molendino pratis pascuis et pasturis cum eorum

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

omnibus pertinenciis que de ipsis priore et conuentu in Esthenrethe West-henrethe et Ardintone tenui, ita quod nec ego predicta Johanna nec aliquis per me uel nomine meo dicto tenemento molendino pratis pascuis et pasturis cum eorum pertinenciis nec in mobilibus in eisdem existentibus quicquam exigere seu uendicare poterimus in futurum, sed penitus sim ex[c]lusa. In cuius rei testimonium huic quieteclamancie sigillum meum est apposatum. Hiis testibus, Riccardo de Wyndesore, Henrico de Pentelaw, Philippo de la Beche, Johanne de Ildesle, Roberto de Ildesle, Henrico Harin, Petro Jordan, Radulpho Basseth, et alii. Datum [Waling] apud Henrethe die Jouis in festo sanctorum Tiburci et Valeriani martyrum anno regni E. filii regis E. decimo.

Endorsed (1) Esthenreth. (2) m.

Seal lost.

This and the two following deeds are closely connected. Joanna the widow of William Kene apparently had a life-interest in the succession to his holding, but gave a quit-claim for all her rights. The lands were then leased to her son John and his wife for their lives (no. 16) : but a reversion for life to Joanna, in the event of her outliving them, was granted (no. 17). The scribe began to write Walingfordie as the place of the execution of the deed, but erased it and substituted Henrethe : no. 16 was executed two days later at Wallingford before the same witnesses.

16. (B.1.14). Lease by Prior and Convent of Wallingford to John and Isabella Kene of lands in East and West Hendred and Ardington for their lives at rent of 24s. with services on payment of a fine of 12 marks. (1317, Apr. 16)

C Y R O G R A P H U M

Anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo facta est hec conuencio inter dominum Stephanum de Wyttenham priorem sancte Trinitatis Walingeforde et eiusdem loci conuentum ex parte una, et Johannem filium Willelmi Kene de Esthenreth et Isabellam uxorem suam ex altera, uidelicet quod dictus prior et eiusdem loci conuentus concesserunt et dimiserunt dictis Johanni et Isabelle ad terminum uite eorum totum tenementum et totam terram illam quam Willelmus pater dicti Johannis de nobis tenuit in Esthenreth Westhenrethe et Ardyndtone, cum pratis paschuis et pasturis et cum omnibus ad mesuagium et molendinum spectantibus seu pertinentibus, habendum et tenendum dictum mesuagium et molendinum et totam terram predictam cum omnibus suis ubique pertinenciis

dictis Johanni et Isabelle ad totum terminum uite eorundem Johannis et Isabelle ita libere, et quiete sicut predictus Willelmus pater predicti Johannis de nobis tenuit, reddent[do in]de annuatim dictis priori et conuentui dicti Johannes et Isabella uxor sua uiginti et quatuor solidos ad duos anni terminos pro equali portione, uidelicet ad festum sancti Johannis Baptiste duodecim solidos et ad festum sancti Thome apostoli duodecim solidos : et facient annuatim omnia seruicia ad pratum et precarias in autumpno sicut Willelmus pater predicti Johannis facere consueuit, uidelicet falcabunt in prato dicti prioris cum uno homine per unum diem, et cariabunt fenum per unum diem, et uenient ad precariam dicti prioris in autumpno per duos dies, scilicet primo die cum uno homine, secundo die cum duobus hominibus, et cariabunt bladum per unum diem : et predicti Johannes et Isabella habebunt in pasturis dicti prioris et conuentus quatuor boues et cetera animalia in aliis pasturis de Westhenreth sicut unus dimidius uirgarius in eadem uilla de Westhenreth. Preterea dicti Johannes et Isabella dabunt dicto priori et conuentui quolibet anno quamdiu uixerint ad festum sancti Michaelis dimidium quarterum frumenti, et erunt participes omnium beneficiorum factorum in dicta ecclesia sancte Trinitatis imperpetuum : et uenient semel in anno ad curiam francipleggi. Pro hac conuencione autem et concessione et dimissione dederunt dicti Johannes et Isabella dicto priori et conuentui duodecim marcas argenti. Et ut hec nostra conuencio concessio et dimissio firma sit et stabilis in omnibus sicut predictum est, presentibus scriptis in modum cyrographi confectis partes sigilla sua alternatim una cum sigillo conuentuali apposuerunt. Hiis testibus, Ricardo de Wyndesore, Henrico de Pentelawe, Philippo de la Beche, Johanne de Ildesle seniore, Roberto de Ildesle, Henrico Harin, Petro Jordan, Radulpho Basset et aliis. Datum apud Waligeford die sabato proximo post festum sanctorum Tiburci et Valeriani martirum, anno regni regis E. supradicto.

Endorsed (1) Kene de Henrethe. (2) m.

Seal. Quatrefoil with boss in centre and four birds in spandrels : no legend.

The messuage and lands to which this lease relates appear to be identical with those leased to Richard Butler in 1516 (no. 22), when the rent was 40s.: the difference of 16s. in the rent presumably represents commutation for services.

17. (B.I.15). Reversion granted by Prior and Convent of Wallingford to Joanna widow of William Kene in respect of lands held by her son and his wife under 16 on same terms for life. (1317, Apr. 22)

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

CIROGRAFUM

Hec indentura testatur quod prior et conuentus Walingfordie tenentur concedere per cartam Johanne relicte Willelmi le Kene de Henrethe si de Johanne filio suo et Isabella uxore sua predicta Johanna uiuente contigerit humanitus ad terminum uite sue tenendam totam illam terram quam predictus Johannes filius suus et Isabella uxor sua tenuerunt de dictis priore et conuentu in Esthenrethe et Westhenrethe Ardintone cum pratis pascuis et pasturis cum mesuagio et molendino et cum omnibus aliis ubique suis pertinenciis, reddendo inde annuatim prefatis priori et conuentui dicta Johanna uigintiquatuor solidos sterlingorum ad duos anni terminos uidelicet ad festum sancti Johannis Baptiste duodecim solidos et ad festum sancti Thome apostoli duodecim solidos : et faciet omnia opera ad pratum et ad precariás in autumpno sicut[^t] predictus Johannes filius suus et Isabella uxor sua facere consueuerunt, uidelicet falcabit in prato dicti prioris cum uno homine per unum diem et cariabit fenum per unum diem et ueniet ad precariam dicti prioris in autumpno per duos dies scilicet primo die cum uno homine secundo die cum duobus hominibus et cariabit bladum per unum diem : et predicta Johanna habebit in pasta dicti prioris quatuor boues et cetera animalia sicut unus dimidius uirgarius in Westhenrethe. Preterea dicta Johanna dabit dicto priori et conuentui quolibet anno ad festum sancti Michaelis dimidium quarterium frumenti. In cuius rei testimonium sigillum commune dicti prioris et conuentus et sigillum dicte Johanne huic scripto indentato alternatim sunt appensa. Datum Walingfordie die Veneris proximo ante festum sancti Marci euangeliste anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi decimo.

Endorsed (1) Ind Iohanne Kene de Henrethe m. (2) Scripta Joh̄is Kene de Henred.

Seal lost.

The second endorsement may refer to this and the two preceding deeds, which related to the same tenement and may have been put together.

18. (B.1.17). Lease by Prior and Convent of Wallingford to Thomas Kene of lands formerly held by his father for life with succession to his wife and a child at the rent of 24s. and services. (1329, Apr. 25)

HEC INDENTVRA TEST

Die martis in festo sancti Marcii euangeliste anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tercio ita conuenitur inter fratrem Willelmum Heyron priorem sancte Trinitatis Walyngfordie et eiusdem loci conuentum

J. G. MILNE

ex parte una, et Thomam filium Willelmi le Kene ex altera, uidelicet quod predicti prior et conuentus concesserunt et dimiserunt predicto Thome ad terminum uite sue illud mesuagium molendinum et totam illam terram pratum cum pascuis pasturis et cum omnibus aliis ubique pertinenciis que Willelmus le Kene pater predicti Thome de eis tenuit in Esthenrethe Westhenrethe et Ardynton, habenda et tenenda predicta mesuagium molendinum terram pratum cum pascuis et pasturis et cum omnibus aliis ubique pertinenciis predicto Thome ad terminum uite sue adeo libere et integre sicut predictus Willelmus pater predicti Thome de eis tenuit, reddendo inde annuatim predictis priori et conuentui uiginti et quatuor solidos ad duos anni terminos uidelicet ad festum sancti Thome apostoli et ad festum nativitatis sancti Johannis Baptiste per equales portiones et faciendo omnia seruicia ad pratum et ad precariam in autumpno sicut predictus Willelmus pater predicti Thome facere consuevit, uidelicet falcabit in prato predicti prioris cum uno homine per unum diem et cariabit fenum per unum diem et < in > ueniet ad precariam dicti prioris in autumpno per duos dies scilicet primo die cum uno homine et secundo die cum duobus hominibus et cariabit bladum per unum diem. Concesserunt insuper predicti prior et conuentus predicto Thome quod ipse habeat in pasturis suis apud Westhenrethe quatuor boues pascendos et cetera animalia sicut unus dimidius uirgatarius habere consuevit. Et predictus Thomas dabit predictis priori et conuentui quolibet anno ad festum sancti Michaelis dimidium quarterium frumenti et erit particeps omnium benefiorum factorum in ecclesia sancte Trinitatis predicte in perpetuum. Et predictus Thomas ueniet semel in anno ad curiam franci plegge. Concesserunt etiam predicti prior et conuentus pro se et successoribus suis quod predicta mesuagium molendinum terra et pratum cum pascuis et pasturis et cum aliis ubique pertinenciis post dissessum predicti Thome Matildi uxori eiusdem Thome et uni de liberis suis dicitur nogniori ad terminum uite utriusque eorum integre remaneant, habenda et tenenda predicta mesuagium molendinum terram et pratum cum pascuis pasturis boues et cetera animalia in pasturis pascenda eodem modo quo predictum est secundum quod concessum est per predictos priorem et conuentum sancte Trinitatis Walingfordie. In cuius rei testimonium hiis scriptis indentatis partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt, hiis testibus, domino Willelmo de Spersolte milite, domino Roberto Achard milite, Willelmo de Arches, Almarico Feteplace, Ricardo Doton, Willelmo de Latton, Willelmo Thoorans de Keyngstun, Roberto Waryn, et aliis. Datum apud Esthenrethe die et anno supradictis.

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

Endorsed (1) Sc^tpū Thom' le Ken. Legit i siglat in plena cur'
apud Hanreth in p'senc' liberor tenenc' i toti' homag' ville
p'dict'. (2) Henreth m.

Seal. Lion (?) standing right, looking back.

The tenement leased to John Kene and his wife for their lives in 1316 (see no. 16) is here leased, thirteen years later, to his brother Thomas for life with succession to his wife and one child on the same terms : no fine is mentioned on this occasion.

19. (B.1.18). Lease by Prior and Convent of Wallingford to John Arblast his wife and two sons of messuage and land formerly held by his father for their lives at a rent of 11s. (1381, Mar. 10)

INDENTURA

Hec indentura testatur quod Willelmus Dynham <prior> ecclesie sancte Trinitatis Walingfordie et eiusdem loci conuentus ex assensu et uoluntate uenerabilis in Christo patris ac domini domini Thome Dei gracia abbatis monasterii sancti Albani tradiderunt concesserunt et per presentes dimiserunt Johanni Arblaste et Agneti uxori eius Radulpho et Thome filiis eorundem totum illud mesuagium et illam uirgatam terre cum pertinenciis in Westhenreth que Thomas pater predicti Johannis aliquando tenuit in eadem uilla, habendum et tenendum predictum mesuagium et terram cum omnibus suis pertinenciis predictis Johanni Arblaste et Agneti uxori eius Radulpho et Thome filiis eorundem ad terminum uite eorum uel unius eorum qui diuicius uixerit de predictis priore et conuentu et successoribus suis, reddendo inde annuatim eisdem priori et conuentui et successoribus suis ad totam uitam ipsorum Johannis Agnetis Radulphi et Thome uel unius eorum diuicius uiuentis undecim solidos ad festa annunciacions beate Marie et sancti Michaelis equis porcionibus uidelicet quatuor solidos pro antiquo redditu et septem solidos pro operibus et consuetudinibus subscriptis de terris et tenemento predictis qualitercunque exeuntibus, uidelicet pro uno homine ad falcandum pratum per unum diem sex denarios, pro uno homine ad leuandum fenum per duos dimidios dies duos denarios, pro octo hominibus ad tres precarias in autumpno ad metendum bladum domini duos solidos et octo denarios, pro una caretca ad cariandum bladum domini per duos dies uiginti denarios, et pro quadam consuetudine uocata Donum Natale uiginti et tres denarios pro omnibus aliis operibus reddendis et seruicio predicto sectis curie et herietis post decessum predicti Johannis et predictorum Radulphi et Thome et cuiuslibet eorum si ipsi superuixerint

et predictam terram et tenementum tenuerint. Et si contingat dictus redditus undecim solidorum in parte uel in toto per quindenam post aliquem terminum supradictum aretro fore, tunc bene licebit dictis priori et conuentui et successoribus suis in predictam terram et tenementum distingere et distinctiones abducere et retinere quounque de dicto redditu et de arreragiis si que fuerint eisdem plenum fuerit satisfactum : et si contingat dictus redditus in parte uel in toto per sex menses post aliquem terminum aretro fore et nulla sufficiens districtio pro redditu predicto super tenementum predictum poterit inueniri tunc bene licebit dictis priori et conuentui et successoribus suis dictum mesuagium et terram cum omnibus pertinenciis suis reintrare et penes se retinere sibi et successoribus suis in perpetuum presente scripto non obstante. Et predicti prior et conuentus et successores sui dictum mesuagium et terram cum suis pertinenciis prefatis Johanni Agneti Radulpho et Thome ad terminum uite eorum uel unius eorum diuiciis uiuentis in forma qua permittitur contra omnes gentes warantabunt. In cuius rei testimonium uni parti huius indenture penes predictos Johannem Agnetem Radulphum et Thomam remanenti tam sigillum dicti abbatis quam sigillum commune dictorum prioris et conuentus sunt appensa, et alteri parti penes predictos priorem et conuentum remanenti sigilla dictorum Johannis et Agnetis sunt appensa. Data apud Walingford decimo die mensis Marcii anno regni regis Ricardi secundi post conquestum quarto.

Endorsed (1) Arblast. (2) Westhenreth.

Seals. (1) Naked man riding on goat to right; waved border. (2) Dove standing to right.

The tenement to which this lease relates appears to be the same as that leased in 1505 to Christopher Hill at the same rent (see no. 21) and later known as the Vicarage tenement. Details are given of the items which were included in the payment of seven shillings in commutation of services, but they add up one penny short.

20. (B.1.21). Lease by the Prior and Convent of Wallingford to Andrew Kete of twenty-six acres of land for a term of sixty years at a rent of £3.

(1501, Apr. 23)

This endenture made the xxiii day of Aprill the yere and reigne of Kyng Harry the viith the xvith yere bytwene Maister John Thornton prior of the priory of the holy trinite of Walyngford in ye counte of bercks and the couent of the same place on the on parte and Andrew Kete of Westhenreth in the forseid counte husbandman on the other parte wytnessith that the

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

forseid prior and couent haue dimisid grauntyd and to ferme letten to the forseid Andrew Kete x acres of arabyll lond lying in the sowthfeld of Westhenreth bytwene ii ways and the est ende of the seid x acres abuttith upon Spersoldefeld and the west ende upon the ferme of the manor with all tythes to the seid acres belongyng, x acres in the northfeld lying bytwene the lond of hatters upon the wych goyth the porte wey and the sowth ende of the seid acres bowndyth upon the crofftes of the tennantes lond with all thythes thereto belongyng, vi acres of medew lying in ffolkysmede of the corte lond bowndyng upon cowlese with the thythes of the seid vi acres of medew with all maner comen affter the rate and custom of an yarde of londe [also a lytlyl cloce callyd chalckcroffte lying bywtene the more and the tenement of hatters with all their appurtenances], to haue and to hold all the foreseid londes medew [] and thytes with the comen with all other appurtenances as afore is specyfyed to the foreseid Andrew and his assignes from the fest of thannunciacion of oure lady saint Mary last past afore this present date unto the ende and terme of ix yerys nexte folowyng and fully to be endyd yeldyng and payng yerely therfor iii li of lawfull money of Englund at the festes of oure lady saint Mary the Annunciacion and saint Michaell tharchangell by euен porcions. And yff the foreseid rent of iii li be behynde in party or in all vi wekes affter eny ffest of the foreseid ffestes tha~~t~~ then it shalbe lefull to the foreseid prior and couent and their successors in all the foreseid londes medew thithes [] with all other appurtenances to reentre expelle and clerely put oute the foreseid Andrew and hys assignes for euermore thes present indenturis notwithstandingyng. And the foreseid prior and couent and their successors all the foreseid londes medew thythes [] with all other appurtenances to the foreseid Andrew and his assignes shall warant and defend duryng the foreseid terme. In wyttenesse whereoff eytheir of thees parties interchangeably haue putto their seals : yeuen in our chapturhouse at Walyngford the day and yere aforesaid.

*Endorsed (1) de andrea Kete. (2) Andrewe Kete of Westhenreth 16.
H. 8.*

Seal : IR with spray of ivy (?) above.

Andrew Kete appears from the Court Rolls to have died in the next year after the granting of this lease : he had been a tenant of the manor since 1478 at least. The reversion to the tenancy on the expiry of the lease at Ladyday 1560 was granted to Richard Goddard in 1550 at the same rent. In the second endorsement H. 8 is evidently a mistake for H. 7 ; this note was probably made after the transfer of the manor to the College.

J. G. MILNE

21. (B.1.22). Lease by the prior and convent of Wallingford to Christopher Hill of certain messuages and lands for a term of forty years at a rent of 11s.

(1505, Mar. 31)

Hec indentura facta inter magistrum Johannem Thornton priorem prioratus sancte Trinitatis de Walyngford et eiusdem loci conuentum ex parte una et Christoforum Hille uicarium de Westhenreth ex parte altera testatur quod prefati prior et conuentus tradiderunt concesserunt et ad firmam dimiserunt predicto Christoforo omnia illa mesuagia terras et tenementa que Johannes Wyse nuper tenuit et occupauit in Westhenreth predicto habenda et tenenda omnia predicta mesuagia terras et tenementa predicto Christoforo Hille et assignatis suis a festo annunciacions beate Marie uirginis ultimo preterito ante datum presencium usque ad finem et terminum quadraginta annorum proxime sequentium et plenarie complendorum, reddendo inde annuatim prefato priori et conuentui et successoribus suis undecim solidos legalis monete Anglie ad duos anni terminos, uidelicet ad festa annunciacions beate Marie uirginis et sancti Michaelis archangeli per equales porciones. Et predictus Christoforus et assignati sui predicta mesuagia et tenementa sufficienter reparabunt sustentabunt et manutenebunt durante termino predicto. Et predictus Christoforus et assignati sui facient sectum ad uisus franci plegii et curias dictorum prioris et conuentus annuatim apud Westhenreth predictum cum uisus franci plegii et curia dictorum prioris et conuentus ibidem tenentur, et soluendo annuatim capitalem argentum pro predictis mesuagiis et tenementis sicut alii tenentes ibidem ab antiquo soluere solebant. Et predictus Christoforus et assignati sui dabunt prefatis priori et conuentui et successoribus suis herietas secundum consuetudines manerii, et eciam assignati dicti Christofori cum contigerit dabunt prefatis priori et conuentui et successoribus suis nomine finis xvi d. Et predictus Christoforus et assignati sui non facient aliqua opera custumaria firmario de Westhenreth predicto neque soluent le chursette durante termino predicto. Et licebit predicto Christoforo et assignatis suis substituere quemcunque tenentem in predictis mesuagiis et tenementis ad placitum et uoluntatem suam durante termino antedicto. Et si contingat predictum redditum xi solidorum aretro fore in parte uel in toto non solutum per unum mensem post aliquod festum quo solui deberet, extunc bene liceat et licebit prefatis priori et conuentui et successoribus suis in predicta mesuagia terras et tenementa cum suis pertinenciis reintrare et predictum Christoforum et assignatos suos inde totaliter expellere et amouere presentibus indenturis in aliquo non obstantibus. Et prefati prior et conuentus et successores sui predicta mesuagia terras et tenementa cum

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

suis pertinenciis predictis Christoforo et assignatis suis contra omnes gentes warantizabunt et defendant durante termino predicto. In cuius rei testimonium uni parti huius indenture penes predictum Christoforum Hille remanenti prefati prior et conuentus sigillum suum commune apposuerunt, alteri uero parti huius indenture penes prefatos priorem et conuentum remanenti predictus Christoforus sigillum suum apposuit. Datum in domo nostra capitulari apud Walyngford predictum ultimo die mensis Marcii anno regni regis Henrici septimi post conquestum Anglie uicesimo.

Endorsed (1) Vicarius de Westhenreth. (2) The vicaridge tenement Westhenreth.

Seal : Two figures probably representing the Annunciation.

Christopher Hill was presented as dead at the Manor Court of May 6th 3 Henry VIII, and the tenancy was transferred for the residue of the term to John Onke as guardian of Christopher Onke, a minor. The 'Vicarage tenement' consisted of a tenement and yardland adjoining the churchyard, and was usually held under the College by the vicar.

22. (B.1.23.) Lease by the prior and convent of Wallingford to Richard Butler of a messuage and lands for a term of forty-one years at a rent of 40s.

(1516, Sep. 29)

This indenture made in the fest of Seynt Myghell the Arcaungell the viii yere of the reign of Kyng Henry the viii betwene John Clare pryor of the holy Trinite of Wallyngford in the county of Barks and the Covent of the same place on the one partie, and Rychard Butler of Esthenryd in the same county husbandman on the other partie, wytnessyth that the seyde pryor and covent with one assent and consent hathe betaken grauntyd and to ferme lett to the foreseyd Rychard Butler a mesuage callyd Kenny-smyll with a yerd lond conteining xviii acurs of arrabull lond in Est Henryd and a closse caulyd Bemys with v acurs and di of medowe lying in Ardyngton medowe, to have and to holde the forseyde mesuage with a yerd lond closse and medowe and the appurtenances as hyt ys aforeseyde to the foreseyde Rychard Butler and hys assignes from the date of the makynge of thys presens unto the ende and terme of xli yeres then next foloyng and fully to be complete, yeldyng and payng therefore yerely to the foreseyd pryor and covent theyre successors or assignes xls of lawfull money of Ynglond at ii termys of the yere that ys to say at the festes of the Annun- ciacon of our Lady and Seynt Myghell the Arcaungell by evyn porcyons. And yff hyt hap the seyde rent of xls to be behynde unpayde in parte or

in all by the space of a monyth on or after any fest of payment in the which hyt owghte to be payde and not payde, that then hyt shalbe lawfull to the foreseyde pryor and covent theyr successors or assinges to reentur and hyt to have ageyne as in thayre furst astate, these indenturys not withstanding. And the seyde pryor and covent wyllyth and grauntyth that the seyde Rychard Butler shall have yerely iiiii wyndefall trees yff hyt shall fortune to fall duryng the seyde terme, and over thys the seyde pryor and covent covenauntyth and grauntyth to fynde tymber suffycyent to the reparacon of a Burge callyd Kennysmyll as oft as nede shall requyre duryng the seyde terme. In wytnes whereof the partys aforeseyd to the indenturys theyre seallys enterchaungeabully have sett the daye and yere above seyde.

Endorsed (1) Richard Butler p mesuagio voc' Kemismille in West-hendred. (2) Expired.

Seal. m.

For a lease of this property two centuries earlier see no. 16. A reversion on the expiry of this lease was granted to Robert Brookes of Lockinge in 1547 at the same rent. The name of the mill is given as Kennys in the deed, but as Kemis in the endorsement: in later documents it is regularly Bemys, like the close.

23. (B.1.24.) Lease by the prior and convent of Wallingford to Henry Hykman of the Manor farm at West Hendred for a term of forty-one years at a rent of £13 and four quarters of corn. (1519, Mar. 6)

Hec indentura facta inter religiosos uiros donpnum Thomam Marcyall priorem prioratus sive domus sancte Trinitatis de Wallyngford et eiusdem loci conuentum ex parte una et Henricum Hykman de Westhenreth in comitatu Berks husbondman ex parte altera testatur quod predicti prior et conuentus ex eorum communi assensu et consensu concesserunt tradiderunt et ad firman dimiserunt prefato Henrico Hykman situm manerii de Westhenreth cum domibus in eadem edificatis gardinis curtilagiis croftis terris arabilibus pratis pascuis et pasturis communibus uis et semitis eidem manorio pertinentibus ac liberum introitum et exitum ad premissa spectantes, necnon omnes decimas prediales infra eandem uillam de Westhenreth, decimis tamen de Spersholt terris et tenementis per uoluntatem domini sui per indenturam dimissis ante datum presens acetia boscis subbossis et omnibus arboribus wayves strayes finibus hariottis redditibus seruiciis escaetis amerciamentis uisu franci plegii ac aliis quibuscumque dicto manorio pertinentibus et superius non concessis predicto

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

priori et conuentui et eorum successoribus semper exceptis saluis et reseruatis, habendum et tenendum situm manerii predicti cum ceteris superius concessis et dimissis exceptis preexceptis prefato Henrico Hykman et assignatis suis sub modo et forma condicionibus et conuencionibus subsequentibus a festo annunciacione beate Marie uirginis proxime futuro post datum presentis usque ad finem termini quadraginti et unius annorum extunc proxime sequent*i>rum* et plenarie complendorum, reddendo inde annuatim durante predicto termino predictis priori et conuentui uel eorum successoribus tresdec*i>m* libras sterlingorum et duo quarteria boni frumenti et duo quarteria boni blasii ad duos anni terminos soluendum uidelicet ad festa annunciacione beate Marie uirginis et sancti Michaelis archangeli equis porcionibus, primo termino solutionis incipiente in festo annunciacione beate Marie uirginis proxime futuro post datum presentis. Et non licebit prefato Henrico neque assignatis suis fructus terrarum siue grana aut fenum predictarum decimarum uel fructus terrarum siue grana aut fenum super terras predicti manerii crescentium alibi ponere et ingangiari nisi infra eundem manerium nec fimum proueniens de bladis et animalibus nutritis infra eundem manerium alibi ponere quam supra terras eiusdem manerii, et idem Henricus uel assignati sui inhabitabunt super mansionem et firmam predicti manerii duranti termino predicto. Necnon prefatus Henricus et assignati sui propriis suis expensis inuenient et exhibebunt predictis priori et conuentui et senescallo suo qui pro tempore fuerit et eorum seruientibus secum uenientibus esculenta et poculenta fenum et prebenda pro equis suis bis in anno cum uenerint ad nisum franci plegii et curiam ibidem tenenda annuatim duranti termino predicto. Et predictus Henricus et assignati sui mansionem manerii predictam et omnia domus et oria et stabula et clausuras sepium bene et competenter reparabunt sustentabunt et manutenebunt meremio dumtaxat excepto sumptibus suis propriis duranti termino predicto, et in fine termini predicti prefatus Henricus et assignati sui bene et competenter ea reparata dimittent, nec idem Henricus nec assignati sui presentes indenturas uendent neque aliquo modo dabunt nec manerium predictum aut aliquam eius partem alienabunt neque locabunt nec ad firmam dimittent sine speciali licentia predicti prioris uel successoris sui prius petita heriotta similiter et obtenta sub pena amissionis predictarum indenturarum. Et si predictus Henricus obiit ante mortem Agnetis modo uxoris sue quod absit quod tunc nec ipse Henricus nec assignati sui aliquo modo alienabunt istas presentes indenturas alicui persone sed ipse dabit et dimittet uel assignati sui dabunt et dimittent eas Agneti uxori predicte. Et si contingat predictam firmam tresdecem librarum ac quatuor quarteria granorum predictorum aretro fore in parte uel in toto non solutum post

J. G. MILNE

unum mensem post aliquod festum solucionis inde superius lemetatum quod tunc bene licebit prefato priori et successoribus suis in situm predicti manerii et in omnia et singula alia preconsessa reentrare rehabere dictumque Henricum et assignatos suos quoscunque abinde totaliter expellere et amouere presente dimissione non obstante. Et cum predictus Henricus per eius scriptum obligatorium de dato presentis teneatur et firmiter obligatur prefatis priori et conuentue et successoribus suis in xl li sterlingorum soluendis eidem priori uel successoribus suis in certo festo prout in dicto obligatorio plen*c*ius continetur, predicti tamen prior et conuentus pro se et successoribus suis uolunt et per presentes concedunt quod si predictus Henricus et assignati sui omnes et singulas conuenciones condiciones et soluciones in presentibus indenturis contentas bene et fideliter tenuerint persoluerint et perimpluerint quod ex tunc predictum scriptum obligatorium cassum sit et uacuum et pro nullo habeatur, alioquin in omni suo robore permaneat cum uirtute sua et affecta. In cuius rei testimonium uni parti istarum indenturarum penes prefatos priorem et conuentum remanenti predictus Henricus sigillum suum apposuit, alteri uero parti penes prefatum Henricum remanenti prefati prior et conuentus sigillum commune apposuere. Datum in domo nostra capitulari apud Wallingford sexto die Marcii anno regni regis Henrici octauii decimo.

Endorsed. Indentura Henrici Hykman.

Seal. MAH (M and A ligate).

It may be noted in connexion with the dispute as to the title to tithes which is the subject of no. 10 that the tithes on the manor of Spersholt are here expressly excluded from the grant of the tithes of the vill of West Hendred. The holding was divided in 1616 into the Parsonage Farm, which thereafter was leased to the vicar, and West Hendred Farm.

24. (B.1.2). (PLATE XIII, C, D.) Confirmation by Robert Arsic his wife and children of a gift by his father Manasses to the church of Holy Trinity at Wallingford of a hide of land at Stanlake. (1170-1173)


Notum sit uniuersis sancte ecclesie fidelibus quod ego Rodbertus Arsic et Mabilia uxor mea et Manasses et ceteri filii nostri et filie concessimus ecclesie sancte Trinitatis de Warengford unam hidam terre in Stanlac quam pater meus Manasses eidem ecclesie in perpetuam elemosinam deditse dinoscitur, adeo libere et quiete sicut eam unquam liberius et quietius tenuit ipse Manasses pater meus. Testes, Rodbertus Foliot archidiaconus, Baldericus de sigillo, Manasses Arsic, Ansketillus de Grai.

MUNIMENTS OF HOLY TRINITY PRIORY, WALLINGFORD

Endorsed (1) d' ida ī Stanlac Rob' arsic. (2) Inq'rat' c^{stū} de ista carta
m. (3) Stanlac de una hyda tre.

Seal. SIGILLROBERTIARSIC. Horseman armed. (White wax
varnished brown).

This confirmation was presumably given soon after the death of Manasses Arsic; he was apparently alive at Michaelmas 16 Henry II, but dead by Michaelmas 17 Henry II (on Dr. Salter's information), and as Robert Foliot was Archdeacon of Oxford till autumn 1173, the date will be 1170-3. The land in question may be that which Manasses Arsic gave to St. Albans Abbey; it is recorded in the Catalogue of Benefactors of the Abbey as *quandam terram in Oxenfordescire quae solebat reddere quadraginta s. annuatim*. No land in Oxfordshire was held by St. Albans at the time of the Dissolution, so this may have been transferred, like West Hendred, to the daughter house of Wallingford, and the confirmation may be connected with the transfer; probably, however, it is a confirmation of the gift obtained from the heir of the original donor on his succession.



A

Simon dei grā abbas ecclie sā albani: uniusq; sc̄e matris ecclie filius plenarij fratris Salii. Et officio pastorali qđ pacem domini nob̄ communissimam luit tenet & solliciti p̄undere. qđ subiectis expeditis credidimus salubritē ordinare. Ecclia qđ ipsa de Wallingford in obuentioni etiū curata plurimū laborante fratrib⁹ nřis qui ibidem duō famulantes consilij te nos oportet in Amplificatione reddituum numerū fratrum in illo loco necesse sit immunitū. hospitiorumq; qđ absit congerire rescasū. Inde qđ nos ecclie de henreda coquere mona ioy de Wallengfordensis ecclie qđ huiusceptioni superuenientium hospitii depositum qđm utique possit e modis exhibitis congruē peccari. Utq; her nři ipsosito stabili p̄petui qđ debet firmatice etiam plenti scripto et sigillo ipso confirmam̄. In alijs temporib⁹ posteris qđ a nob̄ in hac parte grā ē. audeat insinuare autocopiale dī qđm firmatice m̄h beniss.


C

A, B. Document (Scale c. $\frac{1}{2}$) with seal (Scale c. $\frac{3}{4}$) of Robert, Abbot of St. Albans, A.D. 1151-1166 (p. 53, no. 2).
C. Document (Scale c. $\frac{3}{4}$: seal lost) of Simon, Abbot of St. Albans, A.D. 1167-1183 (p. 53, no. 3)

Ph. Ashmolean Museum




PLATE XIII



A



B



C



D

A, B. Document (Scale c. $\frac{1}{2}$) with seal (Scale c. $\frac{1}{4}$) of Jocelyn, Bishop of Salisbury, A.D. 1174-1184 (p. 56, no. 6).
 C, D. Document (Scale c. $\frac{1}{2}$) with seal (Scale c. $\frac{1}{4}$) of Robert Arsic, A.D. 1170-1173 (p. 76, no. 24).

Ph[oto]h. Ashmolean Museum